

sacrificii non convenit. Nam quidam id initum ex imperato Fauni contendunt, nonnulli post obitum Latini regis <et> Aeneae, quod ii nusquam comparuerant. Itaque ipsis diebus ideo oscillare instituerunt, ut pendulis machinis 5 agitantur: quoniam eorum corpus in terris non esset repertum, ut animae velut in aëre quaererentur. Feriarum Latinarum sacrificio solebat hoc observari, ut . . . hostia civitates adiacentes portiunculas carnis acciperent ex Albano monte secundum veterem superstitionem. Verum 10 tam exiguum in illis civitatibus numerum hominum significat, ut desint etiam, qui carnem petitem de sollemni more mittantur.

Adiungamus, si vis, id, quod tu huic obesse etiam putas, patrem publicanum.

15 Transitus fit ad quaestiunculam, qua humilitas generis obiciebatur Plancio, ut eapropter largitus pecuniam videretur, quoniam consequi aedilitatem familiae suae dignitate non posset. Publicanorum itaque Tullius ordinem necessario adserit, qui tunc ex equestri ordine accedebant ad vecti- 20 galium redemptionem.

Quod fuerit publicanus, vel quod ab sociis § 24. unice diligebatur, vel quod diligentissime rogabat, vel quia pro filio supplicabat.

. . . Cumulavit gratiam suffragationis de paterno etiam 25 favore, cui publicanorum societas adfuerit, ut filius eius ad optinendam aedilitatem potius adiuvaretur.